



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. II. De solemnitate, qua antiquitus Ecclesia, cum in officijs, tum in  
Missis, niuis miraculum celebrabat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

refravuit clementia fundamentum. Immensi igitur miraculi tam Pontifex cum vniuersa Curia, quam Clerus, & populus admiratione repleti, vota Deo, & sue Genitrici vnanimiter persolverunt, diuinis pro totius populi expiatione mysterijs celebratis, unusquisque ad viam cum

Ioannes Patri-  
tus abundanter  
omnia, que ne-  
cessaria fuerant  
ministrabat, &  
fecit ibi herede-  
ipsum venerabi-  
lem Basilicam.

Pontifex confe-  
ravit Basilicam  
in honore Dei,  
ac Beatae Virginis  
Marie, & col-  
locauit Praesepem  
Domini, cu-  
cubula, fonsum,  
& pannos nostri Redempto-  
ris in eiusdem Praesepis Altari miro ordine reue-  
rerent, cum multis alijs, Apostolorum, Mar-  
tyrum, Confessorum, atque Virginum reliquijs,  
quorum nomina superuacaneum est nominare,  
collocauit. In maiori siquidem Altari de lacte  
eiusdem gloriose Virginis; de capillis ipsius Basili-  
cae conservatur: cuius quidem beneficia plenis  
effectibus in ipsa Ecclesia exuberant quotidie ad  
gloriam, & laudem omnipotentis Dei, eiusque  
genitricis, semperque Virginis Marie, & om-  
nium Sanctorum, qui vniuit, & regnat in seculo-  
rum. Amen.

In maiori Alta-  
ri recondidit de  
laude Virg. Ma-  
rie, de capillis  
ipsius, &c. Sub  
dicto Altari re-  
queritur corpus  
S. Mathiae Apo-  
stoli.

porfiritico Beati Matthiae Apostoli corpus requie-  
scit, & eius caput exterius a Canoniceis ipsius Basili-  
cae conservatur: cuius quidem beneficia plenis  
effectibus in ipsa Ecclesia exuberant quotidie ad  
gloriam, & laudem omnipotentis Dei, eiusque  
genitricis, semperque Virginis Marie, & om-  
nium Sanctorum, qui vniuit, & regnat in seculo-  
rum. Amen.

## DE SOLEMNITATE, QVA ANTIQUITVS ECCLESIA,

Cum in Officijs, tum in Mis-  
sis, Niuis miraculum  
celebrabat.

### Caput I I.



Nonis Augusti  
peculiaris officio  
recolebatur  
memoria huius mi-  
taculi

Æc eadem historia, pri-  
mum, & secundum miracu-  
lum fuit ijs temporibus  
illustre, ac perpetuo ab Ecclesie Catholica celebratum:  
& eadem solemnitas, atque  
memoria, quam nostris temporibus festam  
agitamus nonis Augusti peculiari officio re-  
colebatur, vñ cum proprio sacrificio, cum  
nos Missalia, & Breuiarii, libros manuscri-  
ptos, mirè antiquos inuenerimus, tum in  
Vaticanae Basilicae Archiuio, tum in Sanctae  
Mariæ Majoris, & Saluatoris Laterano, nec

A non Cassinensium Monasterio. Quia verò  
priscus mos existit, ad eius confirmationem,  
minus ab re erit quedam addare ex Missali-  
bus, atque Breuiariis eruta, cum nonnullis  
Antiphonis, Responsorijs, Orationibus, &  
Lectionibus.

Primum ibi sic legimus: *In festo Sancte* In primis, & se-  
cundis Vespere  
sic legitur.

*Maria ad Niues, in primis, & secundis Ve-* Antiphona pri-  
ma.

*spesis.* *Mariæ Virginis laudem, & preconia vene-* Antiphona secunda.

*randa eò magis debet humanus sensus extollere,*

*B quo per ipsam certa nobis reparationis remedia*

*prouenisse scimus. Psal. Dixit Dominus, &c.*

*Aduocata benignissima multis mysteriorum* Antiphona secunda.

*signis, & Prophetarum miraculis nunciata, salu-*

*tem creditibus, suis suffragijs acquisuit. Psal.*

*Laudate pueri, &c.*

*Replicemus igitur deuotissimis sermonibus,* Antiphona tec-

*quam gloriose miraculo locum sue Basilice fide-*

*libus dignata sit demonstrare. Psal. Latatus*

*sum, &c.*

*In visione summum Praesulem, atque Ioan-* Antiphona quart

*nem Patritium edocuit, quem sibi locum speciali*

*prærogativa prescruasset. Psal. Nisi Domi-*

*nus, &c.*

*Atque idem Papa Liberius dictam Basilicā* Antiph. quinta.

*venerabiliter consecravit; ille vero Patritius*

*omnia, que erant necessaria ministrabat.*

*Psal. Lauda Hierusalem, &c.*

*Capitulo. Ab initio, &c.*

*Hymnus.*

*O Re, corde, voce, creature promunt lau-* Hymnus.

*dis hymnum tue sanctitati*

*Honor nostri cultus, & vera spes nostra, pieta-*

*te plena, præclara mater,*

*Alme quidem Urbis dignè curam gerens votum,*

*vicit Virgo tua pietati;*

*Nouum condit templum, fide mente puris, miro*

*modo locum templi demonstrati,*

*Niuis præter morem montem impleuerunt, tur-*

*ba stupet, voces dulces extulerunt.*

*Et ad laudem tuam sancta mater Christi gra-*

*tum fundat templum Liberius Papa.*

*Salus, virtus, decus, summo Deo Patri, qui in*

*arce poli per seculare regnat. Amen.*

*E Inclina aurum nobis o Regna celorum.* Ver.

*Ad quam pro nobis se inclinavit Dominus Do-* Resp.

*minorum.*

*Ad Magnificat.*

*O Mnipotenti Deo immensas gratias per-* Ad Magnificat.

*vere nos oportet, quia cum simus omnium*

*meritorum sublimatione priuati, ad speciale sue*

*genitricis Mariæ obsequium, nos dignatus est*

*deputare.* *Oratio.*

*D Eus, qui hodierna die ad declarandam* Oratio.

*gloriam Beate Marie genitricis tue*

*per*

## 22 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

*per descensum niuis, in astinus caloribus locum, in quo adficaretur ei templum, dignatus es demonstrare, tribue quasimus: ut eius obsequiis infestentes refrigerati, astu concupiscentie, candore innocentie dealbemur. Qui viuis, &c.*

*Alia oratio.*

*Alia Oratio.*

**D**eus, qui hodierna die Beata, & gloriose Virginis Marie virginici candoris, eiusque venerande memorie habitaculum descendit mirabilis humoris niuci demonstrasti: concede propitius: ut ipsius indeficentibus patrocinij nostrorum sordibus peccatorum super niuem dealbari mereamur. Per Dominum nostrum, &c.

*Ad Matutinum Inuitatorium.*

**A**d Matutinum. Inuitatorium.

**C**hristum Regem adoremus Dominum, cui bodie placuit signo niui matris sue habitaculum demonstrare.

Psal. Venite adoremus, &c.

Hymnus. Quem terra, &c.

In primo nocturno.

*In primo nocturno.  
Anaphona 1.*

**P**lacuit diuina prouidentie egregiam Vrbem matris sue habitaculo decorare.

Psal. Domine Dominus noster, &c.

*Anaphona 2.*

*D*um à populo frequenter veneratur in terris opem sua intercessione de celis gaudent aduenisse. Psal. Celi enarrant, &c.

*Anaphona 3.*

*Q*uam stupendo miraculo sue sancte Genitricis voluerit adficandam Ecclesiam omnibus demonstrare diuinis reuelationibus gestum esse replicemus. Psal. Domini est terra, &c.

Versl. Inclina aure nobis o Regina celorum.

Resp. Ad quam pro nobis se inclinavit Dominus dominorum.

Lectio prima.

*Prima lectio.*

**T**empore, quo Liberius Papa, Quartus à Beato Silvestro, Beati Petri Apostoli sedem prouida gubernatione regebat; quidam Ioannes nomine aliae, Vrbis Patriitatus cura gerens, tam morum, quam nobilitatis generositate preclarus; possessionum, ac multarum diuinarum opulentia locuples, cum filium non haberet, vna cum coniuge sua, que sibi diuina prouidentia tam morum, quam nobilitatis similitudine fuerat sociata, Beatissimam Dei Genitricem sibi in precipuam, ac specialem Dominam preelegerat. Hi simul uno ore, parique deuotione Beatissime Virgini vota soluentes, dicebant. Regina Celorum, Domina Angelorum, & saluatoris omnium, tibi tanto deuotius nos fragiles supplicamus, quanto viscera pietatis misericordiae tuae copiosius erga homines benigna impendis. Accipe igitur sanctissima mater, que tibi sincera fidei deuotione persoluimus: & ita vitam nostram, & omnia, que in terris, ut homines possidemus, solita miseratione disponere, quatenus tibi nostra desiravat actio, & nostra facultates tibi in aliquo

**A**bneplacito obsequio expendantur. Non igitur diuina clementia defuit supplicantibus, nec piissime Virginis aures à iustorum petitione defuere: sed eorum vota Deus ex alto suscipiens petitiones ipsorum voluit effectui mancipare, & fini debito tradere. Tu autem Domine, &c.

Resp. Sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efforam nescio. Quia quem Cali capere non poterant tuo gremio contulisti.

Versl. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Resp. Quia quem Cali, &c.

Lectio secunda.

**I**ntrabat tunc quippe mensis Augusti, quando acrioribus solis ardoribus telluris germina defiscuntur, & homines magis solis adiunctionibus decoquuntur. Eo enim tempore volens Beatae Dei genitrix locum adficanda sibi Basilice & hominibus demonstrare, quadam nocte iam dicti mensis, idest nonis Augusti, subito contra natum tempori, ac nimia frigoris congelatione constringitur, & tanta nubium constipatione densatur, ut imbre desuper fusso in ipso casu niuum multitudo defueret, que solummodo locum adficande Basilię cooperiens, miraculum pariter, & algorem subministravit. In ipsa denique nocte pranominato Pontifici, atque iam dicto Patriitio, & uxori sue similem visionem sancta Dei genitrix voluit demonstrare. Quares, & reuelationem, miraculi confirmaret aspectu, & subita temporis immutatio occulte visionis reuelatione nosceretur. Tu autem Domine, &c.

Resp. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum, quia cum essem paruula, placui altissimo, & de meis visceribus genui Deum, & hominem.

Versl. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

Quia cum essem, &c.

Lectio tertia.

**A**pparens igitur sanctissima Virgo preno-  
minato Pontifici taliter cum admonitionis oraculo voluit edocere. Operum tuarum intentio, & circumspectae sollicitudinis vigilancia, qua omnipotenti Deo plurimum placere cognosceris; te modo in hoc commendabilem reddiderunt, ita ut quod habetens erga nominis mei deuotionem ab alijs non fuerit attentatum, per te nunc mihi placuerit consummari; adeo ut causa salutis existas omnibus, qui deuotionem tui pectoris fuerint imitati. Verum ne perfunditorum huius reuelationis mysterium ambiguis cogitationibus credas, quod praesentibus tibi verbis afferui, sub omnium admiratione, maximo etiam miraculo volui confirmare, ita ut contra temporis naturam tammodo cum locum infusione mirande niuis, que candorem, & donu Spiritus sancti signat repleuerim,

uerim, in quo Basilicam nominis mei tibi prae*cipio* construendam. Habebis siquidem & Ioannem Patritium in hoc opere idoneum adiutorem, qui ad te summo mane diluculo tuis preceptis humiliter pariturus venire procurabit: cum quo simul, & vniuerso Clero, & Populo Vrbis ad Montem, qui Superagius dicitur, incunctanter accede, ibique locum a me de industria reservatum inuenies, atque in eo mox Ecclesiam nomini meo incipias fabricare. Cumque ille in tante visionis stupore positus miraretur, & de cognitione personae animus hesitaret, ab ea protinus responsum audiuit se esse Dei genitricem Mariam, de qua Dei filius Iesus Christus, velut sponsus de thalamo ad homines incarnatus processit. His dictis beata visio ab oculis eius subtrahitur, sicut eodem momento prefato Patrio, & eius uxori sub his verbis apparuit. Tu autem Domine, &c.

Resp. Continet in gremio calum, terraque regentem Virgo Dei genitrix, proceros comitantur herilem. Per quos orbis ouans Christo sub Principe pollet.

Vers. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Per quem, &c.

In Antiphonario sunt Responsoria, quæ sequuntur.

Responsoria A*n*  
tiphonatu*m*.

Primum respon-  
sorum.

Secundum.

Tertium.

In secundo Nocturno.  
Antiphona 1.

Antiphona 2.

Antiphona 3.

**T**empore, quo volens Beata Maria Virgo Dei genitrix locum adificande sibi Basilice hominibus demonstrare; quadam nocte subito contra naturam temporis aer nimia frigoris congelatione constringitur. locum, &c.

Apparens igitur sanctissima Virgo Maria Libero summo Pontifici, tali eum admonitionis oraculo voluit edocere. Operum tuorum intentio, & circumspecta sollicitudinis vigilantia; qua omnipotenti Deo plurimum placere cognoscetis, admonitionis, &c.

Habebis siquidem & Ioannem Patritium in hoc opere idoneum adiutorem, qui adeo summo diluculo tuis preceptis pariturus venire procurabit. Cum quo simul, & vniuerso Clero, & Populo Vrbis,

Vers. Ad montem, qui Superagium dicitur, E incunctanter accede. Cum quo, &c.

In secundo Nocturno.

**H**oc tibi impero faciendum, ut cum summo mane surrexeris ad Liberum Papam festinanter accedas.

Plal. Eructauit, &c.

Ut solemnis perpetuò locus habeatur, voluntatem meam ingenti volui miraculo demonstrare.

Psal. Deus noster, &c.

Cumque, & huic sua coniugi nomen suum sancta Dei genitrix indicasset, sancte reuelau-

A tionis inspectio ab oculis eorum elabitur.

Psal. Fundamenta eius in, &c.

Versl. Angelorum Domina potentissima cunctorum,

Resp. Esto nobis protectrix à fraude malignorum.

Lectio quarta.

**D**euotionem inquietus tui pectoris, & finde propositum, quo patrocinium nostræ defensionis specialiter elegisti, piores pexi intuitu, & solita erga Christifideles miseratione suscepit.

**B**Quamobrem scire te volo, quoniam tuarum rerum, hereditatumque perpetuum successorem tibi volui prouidere; ita ut dum mihi domum in terra construxeris, ego tibi in celis copiosum thesaurum, & eternam construam mansionem. Hoc igitur tibi impero faciendum, ut cum summo mane surrexeris, ad Liberum Papam festinanter accedas. Ego enim domui meæ adiudicando locum speciale elegi: & ut solemnis perpetuò habeatur, voluntatem meam ingenti volui miraculo demonstrare: ita ut in hoc tempore nix ipsum cooperuerit, & alium locum nulla penitus infusione contigerit, in quo meo nomine Basilicam, cum consilio Libery Papæ tibi precipio erigendam. Cumque & huic, & sue coniugi nomen suum sancta Dei genitrix indicasset, sancte reuelationis inspectio ab eorum oculis elabitur; & in tanta eos admiratione dimisit, ut reliquam noctis partem insomnem ducerent, & ita in diuinis laudibus exultarent.

Resp. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut Cipressus in monte Syon, quasi mirra electa dedi suavitatem odoris.

Versl. Et sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans dedi suavitatem, &c.

Lectio quinta.

**C**umque primo mane ianuas palatiū sui ad Pontificem perfecturus exisset, sicut in somnis audiuerat, totum locum nive coopertum inspectit. qua dere aperta visionis attestacione firmatus subventis imperij anxius obediens curabat. unde veloci cursu ad Lateranense Palatiū veniens, Pontificis ostium pia cepit violentia inferare, credens latere Pontificem, quod eadem hora sibi fuerat reuelatum. sed cum admotis obstaculis ad Pontificem peruenisset, anxiusque cuperet, quod sibi fuerat reuelatum indicare, sermonem concepti gaudiū pius Papa preuenit dicens. Omnipotenti Deo, fili charissime, immensas gratias per soluere nos oportet, qui cum simus indigni, & omni meritorum sublimatione priuati, ad speciale sancte sue genitricis obsequium nos dignatus est deputare; atque cum ingenti admiratione hoc, quod per nos impleri voluit, dignatus est declarare, ut qualitate temporis immutata, pauore, ac stu-

## 24 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

ac stupore nimio omnium corda concufferit. Vnde te scire cupio; quoniam nunc iam ex parte nostra directi populum simul, & Clerum totius Vrbis ad nos pariter vocauerunt; sic enim in mandatis acceperunt, ut cum ad nos omnes conuenirent, ad Superagum montem simul pergere debeamus, illum locum potissimum requirentes, quem beata Dei genitrix inopinata niuum infusione sibi ornatum speciali prærogativa reseruauit. Cumque haec verba complesse, Senatus, & totius populi maiores præ foribus astitere, Pontificem magna cum instantia requirentes, tum ex vocacione sua, tum & ex nouitate miraculi plurimum concitati.

Resp. Quæ est ista quæ processit sicut sol, & formosa tanquam Hierusalem. Viderunt eam filii Syon, & beatam dixerunt, & Regina laudauerunt eam.

Vers. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, & lilia conuallium. Viderunt eam, &c.

### Lectio sexta.

Lectio sexta.

**C**um autem Pontifex, vna cum Patrio, & Cardinalibus uniuersis exisset, hoc sermonis initium ad eos Papa exorsus est, dicens. Plurimum fratres in Domino gaudere, & exultare nos conuenit, quod cum superna clementia egregiam hanc Vrbem caput, & fundamentum Christianæ religionis efficerit, & in ea primatum totius Ecclesie per beatorum Apostolorum Petri, & Pauli merita collocauerit, hodie tamen eam pīs muneribus, & spiritualibus donis ampliare, atque decorare dignatur; ita ut tanti praefidij nobis in hoc tempore voluerit adiutorium adhibere, ut nullus possit ambigere nobis calitus immensa diuina beneficia prouenisse. Ecce fratres carissimi nix, quam de celo in hoc feruentissimo tempore concidisse conspicitis, diuini beneficij inditium declarat, quā idē omnipotens Deus rouluit terris influere, ut nos sua misericordia dealbandos ostenderet, si ad hoc, quod nobis per sanctam suam genitricem imperare dignatus est, deuotissimis mentibus accingamur. Cum igitur omnibus feruatis exponeret, que sibi, & Ioanni Patrio fuerant reuelata, omnes unanimiter clamauerunt, Benedictus Deus. Et ad predictum locum vna cum Pontifice omnes exultantes, cum diuinis laudibus perrexerunt, & altis niubus plenum inuenerunt. Mox vero Pontifex fessorum letus accipiens, sicut nix designauerat, proprijs manibus capit terram effodere, quæ ex templo se se per circuitum aperuit. Quo viso miraculo, diuinis celebratis officijs, Domino Iesu Christo, & sua genitrici vota persoluentes, domum letri redire. Illustris postea Patrius, vna cum econiuge sua, ex suo aſſe templum Beatae Virgini

A construxere. Quod postea summus Pontifex in honorem Dei, & Beatissime Virginis consecravit. Resp. Ornatum monilibus filiam Hierusalem Dominus concipiuit: Et videntes eam filie Syon beatissimam prædicauerunt dicentes. Oleum effusum nomen tuum.

Vers. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Et viidentes eam, &c.

In Antiphonario sunt Responsoria, quæ sequuntur.

**C**umque Ioannes Patrius primo mane ianuas palatij sui ad summum Pontificem perrecturus exisset; sicut in somnis audiuerat, totum locum niue coopertum inspexit.

Vers. Qua de re aperte visionis attestatio ne firmatus, iubentis imperijs anxius obedire curabat, Sicut in somnis, &c.

Omnipotenti Deo fili carissime immensas gratias persoluere nos oportet. Quia cum simus indigni ad spatile sua genitricis obsequium dignatus est deputare.

Vers. Iam nunc ex nostra parte directi populum simul, & Clerum totius Vrbis ad nos pariter vocauerunt. Quia, &c.

Cumque haec verba Papa Liberius complesse, Senatus, & totius populi maiores præ foribus astiterunt, Pontificem cum magna instantia requirentes, cum ex vocacione sua, tum ex miraculi nouitate plurimum concitati.

Vers. Cum autem summus Pontifex, vna cum Patrio, & Cardinalibus uniuersis exisset. Pontificem cum magna, &c.

In tertio Nocturno.

**H**odie tamen eam diuinis muneribus, & spiritualibus donis ampliare, atque decorare dignatus est.

Psal. Cantate, &c. 1. In uno Nocturno, Antiqua.

Ecce fratres charissimi nix, quam de celo in

hoc tempore cecidisse conspicitis, diuini beneficij inditium declarat.

Psal. Dominus regnauit, &c. 2. Antiqua.

Vt nullus possit ambigere, immensa nobis calitus diuina beneficia prouenire,

Psal. Cantate. 2.

Vers. Ab initio ordinata est mater Dei Maria.

Resp. Quæ Deum dilexit toto corde super omnia.

Lectio septima.

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore. Loquente Iesu ad turbas. Extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & cubera, quæ suxisti. Et reliqua.

Homi-

## DESCRIPT. AC DELIN. LIB. II. CAP. II.

25

Homilia Venerabilis Bedæ presbyteri.

Beda lib. 4. in  
Luc. cap. 49.

**M** Agnæ deuotionis, & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis, & Pharisæis Dominum tentantibus simul, & blasphemantibus tanta eius incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, & & præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat Hereticorum perfidiam. Nam sicut tunc Iudei, sancti Spiritus opera blasphemando, verum, consubstantialeque Patri Dei filium negabant: sic Heretici postea negando Mariam semper Virginem, sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris unigenito Dei, carnis sue materiam ministrasse; verum, consubstantialeque matri filium hominis fateri non debere dixerunt. Sed si caro Verbi Dei, secundum carnem nascentis, à carne Virginis matris pronunciatur extranea, sine causa venter, qui eam portasset, & ubera, quæ lactassent beatificarentur.

Resp. Beatam me dicent omnes generationes. quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Verf. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit mihi, &c.

Lectio octaua.

**Q** Va enim consequentia eius lacte credatur nutritus, cuius semine negatur esse conceptus, cum ex unius eiusdemque fontis origine secundum Physicos, uterque liquor emanare probetur. Nisi forte putanda Virgo est sementiuam sue carnis materiam nutriendo in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiori, & inusitato miraculo, minimè potuisse. Sed huic opinioni obstat Apostolus, dicens: Quia misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque enim audiendi sunt, qui legendum putant, natum ex muliere, factum sub lege; sed factum ex muliere, quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne. Altoquin nec verè filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. &c.

Resp. Felix namq; es sacra Virgo Maria & omni laude dignissima; quia ex te ortus est sol iustitiae Christus Deus noster.

Verf. Ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto femino sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam sanctam festiuitatem. Quia ex te ortus est sol, &c. Gloria Patri, &c. Quia ex te, &c.

Lectio nona.

**E**T nos igitur his contra Euthychem dicitis extollamus vocem cum Catholica Ecclesia, cuius mulier hæc typum gessit. Extollamus & mentem de medio turbarum, dica-

A musque Saluatori, Beatus venter, qui te portauit, & ubera, quæ susisti. Vere enim beata parens, quæ sicut Sedulius ait, enixa est puerpera Regem, qui calum, terramque regit in secula: cuius numen, & eterno complectens omnia gyro; Imperium sine fine manet, qui ventre beato, Gaudia matris habens cum virginitatis honore, Nec primam similem visa est, nec habere sequentem. At ille dixit. Quinimo beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud. Pulchre Saluator attesta mulieris annuit, non eam tantummodo, quæ verbum Dei corporaliter generare meruerat; sed & omnes, qui Verbum Dei spiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, affuerant esse beatos. Tu autem Domine, &c.

In Antiphonario sunt Responsoria, quæ

sequuntur.

Responsaria Antiphonarii.  
Primum responsorium.

**C** Vnde omnibus Liberius seruatis expo- neret, quæ sibi, & Ioanni Patritio fuerant reuelata, omnes unanimiter clamauerunt.

**C** Benedictus Deus.

Verf. Et ad prædictum locum vna cum summo Pontifice diuinis laudibus exultantes perrexerunt. Omnes, &c.

Requirentes vero locum mox Liberius Papa Letus fossorium accipiens, sicut nix designauerat, proprijs manibus terram capit effodere, quæ ex templo aperta est per circuitum.

Verl. Immensi igitur miraculi tam Pontifex, quam universa Curia, quam Clerus, & populus admiratione repleti. Que ex templo, &c.

Illustris vero Ioannes Patritius propter ea, que sibi, & uxori sue fuerant gesta, & reuelata, omnia quæ habebant Beata Marie semper Virgini conferentes, ipsam Basilicam sibi fecerunt heredem.

Verf. Quam prefatam Basilicam idem Liberius in honorem Dei, & beatissime genitricis Marie consecravit. Ipsam Basilicam, &c.

Ad Laudes.

Ad Laudes.

**A** Ntiphona. Marie Virginis, &c. vt fu-

pra in primis Vesperis.

Capitulum. Ab initio, &c.

Hymnus. O gloriofa Domina, &c.

Verf. Dignare me, laudare te Virgo sa-

crata.

Resp. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Benedictus.

Ad Benedictus.

**A** Ntiphona. Admette Virgo Maria san-

ctissima tuorum vota fidelium: & astan-

tes tuae laudis seruulos officio, precibus tuis san-

ctis adiunge Sanctorum Collegio.

C Ad

Lectio sept.

Lectio nona.

## 26 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

Ad Tertiam.  
Responsorij breves.

Ad Tertiam Responsorij breves.  
**I**Nclina aurem tuam nobis o Regina Calorum. Ad quam pro nobis se inclinavit Dominus Dominorum. O Regina, &c. Gloria Patri, &c. Inclina aurem tuam, &c.

Vers. Angelorum Domina potissima cunctorum.  
Resp. Esto nobis protectrix a fraude malignorum.

Ad Missam.  
Introitius.

Ad Missam. Introitus.  
**D**Vm discernit caelis Reges super eam niue dealabuntur, mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.

Psal. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, a facie eius. Gloria, &c. Oratio.

Oratio.

**Q**Uæsumus omnipotens Deus, ut qui Beatae, & gloriose matris, semperq; Virginis Mariae stupendum niuis miraculum pia devotione recolimus, ipsis etiam suffragia salutaria consequamur. Per Dominum, &c.

Lectione Missæ.

Ecclesi. cap. 43.

Lectione Libri Ecclesiastici.  
**V**As Castrorum in excelsis in firmamento cali resplendens, gloria species celi, gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus. In verbis Domini Sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs suis. Vide arcum, & benedic qui fecit illum; valde speciosus est in splendore suo. Giravit calum in circuitu gloria sue. Manus excelsi aperuerunt illū. Imperio suo acceleravit niues, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Deo gratias.

Graduale. Mirabilis potentia Domini, glorificantes quantumcunq; potueritis superualebit adhuc admirabilis potentia eius. Alleluia.

Vers. Benedicentes Dominum exalte illum quantum potestis, maior est enim omni laude, exaltantes illum replebimini virtute. Allel. Allel.

Tractus. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Alleluia.

Evangeliū.  
Min. Luc. cap. 11.

Sequentia sancti Euangeli secundū Lucam.  
**I**N illo tempore. Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi: Beatus wenter, qui te portauit, & ubera, que suxisti. At ille dixit. Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Offertorium.

Dicitur Credo. Offertorium.  
**N**iae dealabuntur, mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Alleluia.

Secreta.

**B**EATE, & gloriose, semperq; Virginis matris Mariae quesumus Domine profite nobis intercessio salutaris, ut sacrificium hoc niue candidius, & acceptum tue diuine faciat maiestati. Per Dominum, &c. Praefatio. De B. Virgine.

A Post communionem.

**B**EATA ubera Marie virginis, quæ lactaverunt aeterni Patris filium.

Oratio.

**S**ACRAMENTA, quæ sumpsimus quæsumus Domine, peccata nostra caelstis candore niuis deleant, ac faciant dealbata. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

In Antiphonario. Introitus Missæ.

**P**LACUIT diuine providentiae egregiam urbe matris sue habitaculo decorare, ut dum à

B populo frequenter veneratur in terris, opem sue intercessiois de calis gaudent aduenisse. v. Contra naturam temporis aer nimia frigoris congelatione constringitur, ut imbre desuper fusō miraculum pariter, & algore ministraret. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Oratio. Deus, qui hodierna, &c. vel Deus, qui Beate, &c. ut supra.

Graduale. Requirentes locum mox verò Patri Liberius fossorum letus accipies, sicut nix designauerat, proprijs manibus terrā caput effodere. v. Immensi igitur miraculi tam Pontifex, quam curia, quam Clerus, & Populus admiratione replete, omnes unanimiter clamauerunt dicentes. Benedictus Deus. Alleluia.

Vers. Omnipotenti Deo immensas gratias persoluere nos oportet; quia cum simus omnium meritorum sublimatione priuati, ad speciale sue genitricis Mariae obsequium nos dignatus est deputare.

Sequentia.

**A**D honorem matris Dei,  
Quæ est salus nostræ spei,  
In hac hora nunc dici  
Hymnum demus dulciter.

Vere mater veneranda,  
Super niuem dealbanda  
Inuocanda, collaudanda  
Citanda humiliter.  
Ecco sibi Virgo clemens  
In hac die mare splendens,  
Templum iam fieri volens  
Intra urbis mœnia.

E Miro modo, & stupendo,  
Contra tempus peragendo,  
Solum edis dealbando  
Niue candidissima.  
Adsuit in visu Virgo  
Sacerdoti summo viro,  
Tu, inquit, cum cuncto Clero  
Vna cum Patrio,  
Rem mirandam patefeci  
Vade, vide ego gessi,  
Aedificia quod expressi  
More quadratario.

Sequentia.

Ad Virgo  
Angelos  
Quando  
Came  
Ad alios  
Super  
Nostro  
Christi

I Lumen  
annua, q  
in p  
dum. Alle

I Lumen  
Maria,  
curis pro  
lit memo

Q V. P.  
nimici. A

S Vplic  
glori  
ni Domini  
& mirab  
& presidij  
omniscient

R Efo  
Et  
Verf.  
jorum.  
Angelorum  
Verf.  
Maria.  
Refo.  
pr omnia

R Efo

Ita

## DESCRIPT. AC DELIN. LIB. II. CAP. II.

27

*Ita Virgo more miro*

*Aedifica nos in giro*

*Quadro lapide porphirya*

*Cum candore niueo.*

*Ad te alma Virgo mater;*

*Suspiramus incessanter,*

*Nos commenda condignanter*

*Christo tuo filio. Amen.*

Offertorium.

**I**llustris vero Ioannes Patrius propter ea, que sibi, & uxori sue fuerant reuelata, omnia, que habebant Beate Marie confidentes ipsam venerabilem Basiliacam sibi fecerunt herdem. Alleluia.

Secreta.

**I**lliis Domine Deus immaculatæ hostie capiamus effectum, quod de illibata Virgine Maria, cuius hodie festa celebramus, in ara crucis pro mundi redemptions, se voluit humiliter immolare. Qui tecum vivit, &c.

Communio.

**Q**uam prefatam Basilicam idem Liberius Papa in honorem Dei, & beatissimæ genitricis Mariæ consecravit. Alleluia.

Postcommunionem.

**S**vplices te rogamus omnipotens Deus, ut glorioſissimæ Virginis Mariæ genitricis filii tui Domini nostri Iesu Christi sacra mysteria, & mira beneficia eius interuentione, adiumento, & præſidijs ab hostibus liberi, & celestibus apti conualecamus. Per Dominum, &c.

Ad Sextam. Responsorij breues.

**R**Esp. Angelorum Domina potentissima cunctorum.

Vers. Esto nobis proteetrix à fraude malignorum. Potentissima, &c. Gloria Patri, &c. Angelorum Domina, &c.

Vers. Ab initio ordinata est mater Dei Maria.

Resp. Quæ verè Deum dilexit totò cordesuper omnia.

Ad Nonam.

**R**Esp. Ab initio ordinata est mater Dei Maria. Vers. Quæ verè Deum dilexit to-

A to corde super omnia. Mater, &c. Gloria Patri, &c. Ab initio ordinata est, &c.

Vers. Dignare me, laudare te Virgo sacrata.

Resp. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Vesperas.

Antiphona. *Maria Virginis, &c.* cum re- liquis, vt supra in primis Vesperis.

Pſal. confueti de B. Virgine Maria.

Capitulo. *Ab initio, &c.*

Hymnus.

*Ecli. 24.*

Hymnus.

**Q**uem pia Virgo genuit sacro perfusa ſpiritu,

Regi perennis gloriae, hymnum canamus iu- giter.

Quem ſemper ſupra sydera laudat celeſtis curia, Sancte Mariae Virginis grates reddendo de- bitas.

Hec Virgo venerabilis, prole facunda nobili Locum elegit inclytum, ſuo ſacrando nomini. Quem præter morem ſolitum, mensis Auguſti tempore

Preffis ſolis ardoribus, totum repleuit niuibus.

**C**In viſione docuit tanti cauſam myſterij Solemnis habitaculi benignè pandēs ordinem.

Sic Tempulum ſolemniffimum, fundat Papa Li- berius,

Opes diſpenſat largius Ioannesq; Patrius.

Nos tuos ſalua famulos Christe natus de Virgine, Qui piè festa colimus tuae matris ſacratiſime.

Gloria tibi Domine, &c.

Vers. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

Resp. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

D Ad Magnificat, Antiphona, vt ſupra.

Ad Magnificat.

**R**Egina calorum, & ſaluatrix omnium tibi tanto deuotius fragiles ſupplicamus, quanto viſcera tuae pietatis copioſius benigna im- pendis. accipe igitur sanctissima mater Virgo

Maria, que tibi sincra fidei deuotione

perſoluimus: & ita vitam no-

ſtam ſolita miseratione di- ſpone, quatenus tibi

iugiter feruire me-

reamur.

F I N I S L I B R I S E C V N D I .

